



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Monialibus & Sacris Virginibus. Tit. 13

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

gantur: *Ciron. in parat. hic.* Vestibus & calceamentis decorum quaerant. *can. syn. dist. 41. c. clerici. 15. de vita & honest. Cleric. tit. can. 21. qu. 4. Clem. 2. eod. Clem. 1. §. statuimus. hoc tit. quam omnino consule.*

44. Præterea sciendum omnes Religiosos gaudere omnibus Clericorum privilegiis, quæ non repugnant Religioni: *can. doctos. cum sup. can. generaliter. 16. qu. 1. ut & infra de privileg. Clericor. ostendimus illorum monasteria à multis gravaminibus, quibus ab Episcopis gravari solebant, esse immunita; c. nimis 1. & 2. ill. de excess. Pralat. Can. 1. eod. de quare lib. seq. de monasteriis.*

## TITULUS XIII.

## De Monialibus &amp; Sacris Virginibus

## SUMMARI A.

1. Monialium institutum antiquissimum
2. Erant tempore Noachi.
3. Imitati Ethnici.
4. Quomodo hi eas legabant.
5. Christianorum Monialium Religio & progressus.
6. De Earum nomine & votis.
7. Quæ in Canonibus de iis statuuntur specialiter.
8. Quoad ingressum. Debet esse voluntarius.
9. Quid si quæ cum impediunt.
10. Quæ ætas, ut iudicatur talis, desideratur.
11. Quæ in Gallia.
12. Impubes ingressum in religionem an potest egredi; Quando.
13. Ingressum præcedere debet examen & voluntatis exploratio.

COR  
De Pe  
er Bened

G

14. Professæ virgines velanda.
15. Velamina Monialium quot & qua.
16. Numerus earum in singulis monasteriis quis definitus.
17. Nulla absque dote suscipienda.
18. Quomodo ea solvenda.
19. Ea & Conuersis seruanda. Qualiter Earum vita instituenda.
20. Quando exire possint.
21. Quomodo Puella educationis gratia in monasteriis suscepta vivere debeant.
22. Qualia circa vitam, honestatem, & regimen Monialium, Canonibus specialiter statuta.
23. Clausuram Monialis quando egredi censetur.
24. Ob causas & quas egredi possit.
25. Aliter egredientis Monialis, qua pena.
26. Monasteria ingredi sine licentia Superioris non possunt.
27. Superioris nomine quis hic veniat.
28. Qualia licentiam dare debet.
29. Ingredientis citra licentiam qua pena.
30. Licentia concedenda causa debet esse legitima.
31. Qui eam habent.
32. Superior an cum comitatu ingredi potest. Cum quali. Quando.
33. Monasteria Monialium ingredientium pena.

Ce cē

Enu-

VINUS  
PERSONIS  
Ecclesiarum

IV.

32

**N**ucleavimus *Religiosorum Virorum* materiam, enucleavimus nunc *Feminarum*.

1 **H**arum institutum est antiquissimum, imitatum per gentes olim & adhuc; continuatum per Christianos.

2 *Antiquissimum*; Tempore enim Noachi, erant Virgines Deo dicte, quæ ignem perpetuum fovebant; qualem quoque voluit perpetuo ardere & inextinctum in tabernaculo suo custodiri Deus tempore Mosaicæ Legis, *Levit. 6.* nec aliorum inferri, *Levit. 10.*

3 Quod institutum Dei Simia, Diabolus, imitatus, in fana convertit superstitionem & impietatem, & voluit etiam in sua idololatria virginum perpetuam, saltem usque ad annum trigésimum, post professionem emissam, consecrantium virginitatem, coetum habere; Vestalium nomine. *De quib. Livius, Gregorius Gyraldus, Ovidius in fastis. 6. Cicero. lib. 1. de natura Deor. Pomponius Lætus, Fenestella.* Quæ sic dicte, ut dicit *Berosus lib. 3. de gestor. Hist. Chald.* à Tithica uxore Noachi, quæ dicte Hebraicè *Aretia*, Latine *Terra*, quod mater esset viventium omnium, & *Esra*, post mortem cognominata, id est, *ignis*: Quia ipsa regina fuerat Sacrorum, & puellas docuerat ignem sacrorum sempiternum fervare inextinctum.

4 Legebant eas apud Romanos, sceleratæ religionis Pontifices Maximi, suffragiis Populi submotis, arbitrati suo, certis ceremoniis & legibus adhibitis: *Aut. Gell. Noct. Attic. lib. 1. cap. 12.* Ubi adhuc hodie, in India Orientali, in regnis China, Japonia, Cambicio, Pegu, Tartaria magna, Indostan, aliisque.

5 *Christiani*, sicut Earum & Vestæ templum apud Romanos non consecrabatur, nè illuc Senatus accederet: non enim alibi quam in loco augurato, poterat Curia aut Senatus haberi. *Sylvius in 7. Aeneidos Virgili, ibi; Havendum sylvæ ac religione parentum: Petr. Gregor. Syntagm. jur. Univ. lib. 15. cap. 17. num. 17. & 15.* Virorum Conventus religiosos ad mundi vitanda pericula, ut supra diximus, instituerunt; ita & multo majori consilio & providentia introduxerunt mulierum canobia; virginum, ut virginitatis suæ florem, de carnis illecebris, & ore Leonis eripiant, & Christo Sponso suo devotentur Viduarum, ut innuptæ manentes, *ex Consil. D. Pauli ad Corinthos. c. 5.*

COR  
De Person.  
et Beneficentia

G

nam servant. *can. pen. & fin. 20. qu. 1. can. acutius. de consecrat. dist. 26. cum vidua, qu. 27. qu. 1.*

Fuerunt tamen in initio, etiam, ut monachorum, in eremis, & Monachorum suberant regimini: postea cum horum in Civitatibus construerentur cœnobîa, fuere & illarum constructa, à B. Scholastica S. Benedicti sorore, à B. Monica S. Augustini Matre, à B. Clara.

Omnes appellantur *Moniales*, seu antiquiori vocabulo *Sancti-  
moniales*, aut *Sorores*; omnes sunt *Regulæ*, diversæ regulæ & ha-  
bitus; prout vivendi delegerunt institutum, eademque generaliter  
profiteantur se servaturas, quæ Monachi, videlicet, *castitatem* seu  
*virginitatem*, *paupertatem* & *obedientiam*, & alia, quæ ordinis in cu-  
jus transseunt numerum, sunt: exceptis Canonissis *Secularibus*. *De  
quibus supra titulo speciali egimus.*

De *Monialibus* multa Sacris Canonibus statuuntur specialiter, 7  
et nos hoc titulo, breviter & compendiosè, *maximè cum Barbosa lib.  
1. Jur. Eccles. univ. cap. 44.* recensēbimus, & videbimus primo de *Ea-  
rum ingressu*, Deinde de *professione*, & *Consecratione*, Tertio de nu-  
mero; Quarto de *vita*, *Statu*, & *regimine*.

Quoad *ingressum*; Is debet esse *voluntarius*: *can. puella. 20. qu. 8*  
1. Libera enim debet esse voluntas, qua se in hostiam viventem Deo  
consecrant; Quemadmodum & apud Ethnicos hostiæ seu victimæ  
doucebantur, non autem trahebantur ad aras: & si qua duceretur, &  
reluctaretur vehementius, amovebatur ab aris: *reste Macrobio lib. 3.  
Saturnal. cap. 5.* Festus, *in verbis piacularia auspicia*, ait; reluctantiem  
hostiam mali ominis fuisse: ut & Livius lib. 21. *in Flaminio Consu-  
le*, & Suetonius in Galba cap. 18.

Non ergò ad religionem ingrediendam metu, cadente in con- 9  
stantem feminam, *Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 13. cap. 3. qu. 2.*  
*vers. quæres. vel compelli, c. sicut. 20. qu. 1.* vel ingredi volentes im-  
pediri, debent. *d. can. puella.* Hoc facientes excommunicantur: *can.  
fin. 32. qu. 2. Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 18.* siquidem in-  
gressus fuerit priori casu secutus. *Navar. in man. Pralat. cap. 27. num.  
11. & conf. 55. de sext. excom. Sayr. decis. 5. de sent. excommun. Barbo-*

VINUS  
PERSONIS  
Ecclesiarum  
IV  
32

sa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 104. num. 3. Miranda in ma. Prelat. tom. 1. qu. 17. art. 4. concl. 2. Debet enim, in fœminis praetium, aut nubendi ante professionem, aut se Deo dedicandi, antequam pias esse libertas. d. can. fin. cum similib. 32. qu. 1.

10 Spontanea virginis voluntas ad habitum probationis suscipiendum; Fr. Emman. qu. regular. tom. 3. qu. 12. art. 2. Azor. d. part. 1. lib. 18. cap. 18. qu. 55. & 56. si sit annorum duodecim; can. 1. d. caus. 20. qu. 1. etiam parentibus & tutoribus invitis, sufficit; non si nondum eius ætatis; sed parentes intercedere possunt. can. puella. 20. qu. 2. non per annum à die scientiæ ingressus impuberes habitate computandum. Gloss. verb. at si annum. d. can. puella. Sylvest. in sum. verbo Religio. 2. qu. 11. & diem dissimulantes consenserint. d. can. puella. Fr. Emman. tom. 3. qu. 15. art. 4. Sayr. in Clavi Regia. lib. 6. cap. 1. num. 12. & 13. num. 3. Fr. Barthol. de Vecchis. in praxi serv. in admitt. ad relig. titum novit. disp. 2. dub. 6. num. 5. cum seqq. Modò monasterium non sit valdè remotum: Si sit, temporis spatium, prout postulaverit hoc distantia, eis est concedendum. Gloss. d. loco. de Vecchis. d. num. 11. in fine.

11 Constitutio Gallica, in Comitibus Aurelia lata, annos ætatis exigit viginti quinque; atque eam ætatem anticipantibus, permittit professionem non obstante, de rebus propriis testari & disponere libere in cujuscunque favorem. Art. 19. consonat Concilium African. 3. cap. 4. can. placuit 1. & 20. qu. 1.

12 Puella impubes à parentibus religioni tradita, ut fiat religio, egredi tum talis, non potest, can. addidisti. cum can. seq. 20. qu. 1. can. fin. 19. qu. 3. ne quidem parentibus id volentibus; cum juri cessent suo; Sylvest. de verbo Religio. 2. qu. 10. & 11. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 13. num. 13. Pubes facta liberum est eæ, vel perseverare in religione, donec expressam aut tacitam emittat professionem, vel redire ad sæculum. c. significatum. c. cum sim. us. de Regular.

13 Omnes cujuscunque sint ætatis, antequam admittentur ad ingressum, & professionem, examinari, & earum voluntas diligenter explorari debent; an sciant quid agant? & nunquid coactæ fuerint reductæ? d. Concil. Trident. d. sess. cap. 17. Piasec. in praxi Episc. part. 2. cap.

COR  
De P  
er Benet

G

cap. 33. num. 55. *vers. explorare. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Monialis. Fr. Emman. d. tom. 3. qu. 12. art. 2. aliique alleg. per Barbof. d. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 44. num. 8. & quidem ab Episcopo, aut si sit impeditus, Ejus Vicario; Sbroz. de Officio Vicarii lib. 7. qu. 208. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcop. part. 1. num. 237. Barbof. d. univ. de offic. & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 100. num. 8. certiorato ante mensiem de tempore professionis intra viginti quinque dies; Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. 22. cap. 16. num. 16. Barbof. d. alleg. 100. num. 2. quamvis monasterium ab ejus jurisdictione sit exemptum. Pufsc. d. verb. explorare. Et potest Ecclesiasticis censuris & aliis pænis Abbatibus & aliis Superioribus Regularibus Monialium ipsis subiectarum, prohibere, nè puella, non exploratâ ejus voluntate ab Ordinario, professionem emitat. Conc. Trid. d. cap. 17. S. Congreg. in Burgenf. à Decemb. 1627.*

Quod ad Professionem attinet & consecrationem Virginum, (vidu. 14  
as enim velare vetantur Episcopi. *can. devotis. §. fin. d. caus. 20. qu. 1.*) sciendum cas velari debere: Ut olim, ex antiqua Ecclesie consuetudine, omnes fæminæ; secundum doctrinam Apostolici, dicentis; *Non decet mulierem non velatam orare.*

*Velamina* Monialium sex sunt diversa: 1. *Probationis*; quod datur Novitiis ætatis annorum duodecim completorum, ante professionem; & esse solet coloris albi; 2. *Professionis*; quod est nigrum, & non datur nisi decimo sexto ætatis anno completo; ex decreto Concilii Trident. d. sess. 25. cap. 15. olim duodecimo: *d. can. puella. 2. qu. 2. cum capillorum abscissione*; juxta Ecclesie ritum. *fac. can. omnes fæminæ. 27. qu. 1. 3. Consecrationis*, quod ex Concilio Agathensi *can. 19.* ante annum ætatis quadragesimum, ex Carthageniensi III. *cap. 4. vigintiimum quintum, can. sanctimoniales. cum seq. d. e. 20. qu. 1. Dantis in decret. d. caus. & qu. ut & ex confirmatione Pii Papæ, can. virgines. 15. d. e. & qu. datur, & non nisi à solo Episcopo, can. Sanctimonialiter. 24. ibi, suo Episcopo. can. perlectis. dist. 25. can. devotis. 21. qu. 1. can. 2. caus. 26. qu. 6. prævia de earum ætate, meritis & proposito, facta inquisitione, Piscara Castald. in praxi caremon. lib. 2. sect. 12. cap. 1. tria vota substantialia in religione approbata professis. Nisi sunt*

Cc cc 3

vinus  
personis  
Ecclesie

IV

32

sint Mendicantes, *S. Congreg. sec. Novar. in lucerna Regul. verb. verum in 6. corrupta etiam violenter; can. ille autem famule. 32. an. can. si quis non iratus. 15. qu. 1. modò ex repulsione talium non fit curturum scandalum: Barbosa. d. lib. 1. & cap. num. 16. in fin. & quidem secundum canones antiquos, in Festo Epiphaniæ, & tota octava Paschæ resurrectionis, & in Natalibus Apostolorum, & in diebus Dominicis, non aliis temporibus aut diebus, nisi gravis imminet immitas. d. can. devotis. d. can. virgines. 20. qu. 1. c. 1. de tempor. ar. Salced. ad Bernard. in pract. cap. 26. vers. virginum. Barbosa. d. tract. offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 27. num. 54. in fine. Semper tamen intra Missarum solemnias. Piscara Castald. d. tract. & lib. 2. sect. 1. cap. 7. num. 1. Narbonade atate ad omnes human. actus. requis. an. 25. p. 80. 4. Ordinationis; cum scilicet Monialis Præposita ordinatur inchoandum Officium, & legendas homilias: Olim Diaconissa appellabatur, annorum, debeat esse quadraginta. can. diaconissam. 27. qu. 1. Sed hodie confertur cum velamine consecrationis. Barbosa. d. lib. 1. & cap. num. 20. vers. quartum. 5. Prælationis; Olim dabatur abbatissis sexagesimo ætatis anno. can. juvenulas cum Gloss. 20. qu. 1. postea anno trigesimo impleto; c. indemnitatibus. de elect. in 6. Hæc ex Concilio Trident. sess. 25. de Regular. cap. 3. quadragesimo, in personarum sit inopia magna: Sed hac de re postea. 6. Et postremum velamen est continentie & observantia; quod erat Viduarum, præter vidua. 27. qu. 1. Poterat dari virginibus: non virginalis viduis. d. can. devotis. 20. qu. 1. vide Mirand. in tract. de Monialib. sacris. qu. 7. p. 8. in princ.*

16 Quoad numerum; Quod talis, ab Episcopo in monasteriis subiectis solo; in aliis, Regularibus subditis, cum Superioris inventu, præfigi debeat, qui commonè ex redditibus vel elemosynis ordinariis sustentari valeat Gregorius XIII. in consit. incip. Deo servato Anno. 1573. Piac. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 55. Zerolad. p. 1. v. Monialis; §. 6. Campan. d. divers. Jur. Can. rub. 11. cap. 16. Mortua de Sacris Monialib. qu. 8. art. 6. S. Congregatio. Episc. Terronen. die 27. Maji 1603.

Mortua intra præfixum numerum aliqua moniali, ad reliquas

Cor  
De Pe  
et Bened

G



moniales spectat, capitulariter & secretis votis, prævia Episcopi exploratione, vacantem locum cum tali puella, etiam non supernumeraria, quæ ipsis placuerit, supplere. *S. Congreg. sub die 2. Julii 1602. Barbosa d. lib. & cap. num. 34. Piafec. d. loco num. 56.*

Nullæ tam intra, quam supra numerum absque dotalibus elemosinas admitti debent: expendendis, post emissam professionem, si sint monialium intra numerum existentium, in usus communes monasterii necessarios; si supernumerariorum in emptionem bonorum stabilium. *d. S. Congregatio, sub die 27. Julii 1603.* Durante probationis anno hujusmodi dotes deponi debent, apud mercatorem aliamve personam fide & facultatibus idoneam. *d. S. Congreg. sub. d. die & sub die 15. Martii. 1594.*

Solvi debent integræ; *Concil. Trident. d. sess. 25. de regular. cap. 18. in arc. S. Congreg. sub die 28. Martii. 1588.* considerato valore temporis contractus. *S. Congreg. 24. Novemb. 1617.*

Dicta de admissione Monialium intra numerum etiam in *Con-* 19  
trariis locum habent. *d. S. Congreg.* Circa quas, sed *Supernumerarias*, animadvertendum quod debeant esse Virgines, qualitatibus necessariis præditæ, capitulariter, votisque secretis Monialium admittæ, dotemque tamen non, sed monasterii incessitas spectatur. *S. Congr. die 10. Martii 1596.* duplicatam à Conuersis solvi solitam, solvere, professionem, tempore debito, emittere: *d. S. Congreg. Novar. in lucerna Regular. verb. Conuersæ. num. 3. Barbosa. d. lib. & cap. num. 40.* monasterium nunquam, nequidem ad elaudendam ejus januam, exire: *S. Congreg. sub die 20. Septembr. 1594. Novar. d. loco num. 2. & Barbosa. d. loco num. 44.*

Quod si tamen illud sit pauperum, possunt emitti cum ad quæren- 20  
tes elemosinas; modo sint annorum quadraginta quinque, & nisi in causa necessitatis, & tum in adibus consanguinearum, aliarumve parum matronarum, extra clausuram non pernoctent: *S. Congreg. in Bonniens. de anno 1593. Novar. d. verb. Conuersæ. num. 4. cum seqq.* ad negotiandum; modo non sint annorum quadraginta minores, nec sint pulchræ, nec modo aliquo extra clausuram pernoctent. *S. Congreg. Barbosa. d. loc. num. 47.*

Puellæ

VINUS  
PERSONIS  
Ecclesiarum

IV.

32

21 Puella etiam causa educationis in monasteriis Monialium recipi possunt, nec illis prædictum decretum de numeri monialium determinatione obstat: ut rescripsit d. S. Congregatio die ult. Aug. 1574. & die 27. Maji 1605. & die 16. Jan. 1615. die 4. Jan. 1608. & die 12. Martii, 1619. Modò Moniales omnes capitulariter secretisque suffragiis consentiant: monasterium eas recipere sit solitum: peculiaris habitatio seorsum à dormitorio & habitatione Monialium profellarum ac Novitiarum, pro eis existat; septimum annum, non vigesimum quintum excedant: ultra præfixum numerum non sint: ingrediantur solæ: modesto utantur vestitu; clausuræ Legibus instar Monialium sint obstrictæ; & si unquam monasterium fuerint egressæ, ad illud vel alibi nisi cum S. Congregationis licentia, & animo habitum regularem recipiendi, redire non permittantur: pecuniam pro victu participatis solutionibus singulis mensibus pendant: pro solutione fidejussorem dent: finito anno vigesimo quinto monasterium exeat. Piafec. d. loc. num. 57. Barbos. d. loc. num. 50. per multos Doctores legitur.

22 Quoad vitam, honestatem & originem Monialium, Canonibus præter ea quæ de Regularibus diximus supra, & olim, & etiamnunc statuta reperimus: Nempe ut semper gestent velum; puellas sacra aut vasa sacra nè attingant; incensum circa altare nè deferant; canonicas oratas. d. dist. 23. ut communiter in refectorio, & dormitorio constituantur. can. perniciosum. 18. qu. 2. laborent; S. Congreg. 1. Augusti, 1603. sorores, non domnæ, appellentur, S. Congreg. 9. Jan. 1595. Modestus solitus, probatus ab Episcopo, can. qui religiosus, can. 18. qu. 2. eis præfici, can. in decimo. 18. qu. 2. celebrata Missa, & peractis agendis, statim egrediatur; in choro cum Monachis non canentibus figuratè cantare nè permittant; S. Congreg. 1. Aug. 1603. singulis mensibus, saltem semel, ut confiteantur & communicent, Clemens in agro. S. sanè. de statu Monach. Concil. Trident. d. sess. 25. de Regularibus. 10. Campan. d. tract. rubr. 12. cap. 16. num. 51. cum seqq. Piafec. d. tract. part. 2. cap. 3. num. 57. vers. prohiberi. Hieron. de Venero de Episc. d. lib. 6. cap. 26. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. qu. 62. art. 1. legitur.

CORVINUS  
De Person. Ecclesiast.  
et Beneficent.

G

dem apud Confessarium Ordinarium, vel Extraordinarium ipsis, etiam exemptis, per Episcopum praevio examine, datum; *Galler. in margerita, casuum conscientiae verbo Confessio. & verbo Monialis. Riccius. in praxi rer. fori Eccles. resolut. 636. in edit. 2. Gregor. XV. consilii. de exemptor. privileg. incip. Inscrutabili sub dato Non. Febr. 1622. videat. d. Riccius, in decis. Curiae Archiepisc. Neapol. decis. 244. post num. 12. part. 4. Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ne intra chorum & monasterii septa habeant: Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 47. art. 4. nunquam nequidem recreationis causa vestitu virili utantur; armis se cingant; S. Congreg. 27. April. 1602. cibum aut esculenta externis, nisi sint momenti parvi, & pro infirmis, parentibus, & consanguineis, ne vendant: S. Congreg. die 1. Julii, 1606. de cellis post obitum non disponant, S. Congreg. 26. Jan. 1604. & 10. Aug. 1603; Hebraei ad monasteria earum ut loquantur cum illis S. Congreg. 28. Novemb. 1594. nec Christiani seculares sub praetextu docendi sonum alicujus instrumenti, aut musicam, vel cantum etiam ad crates accedant: S. Congr. 13. Septemb. 1593. ne amplius, ut olim, extra monasterii claustra; d. c. periculo de statu regul. in 6. quocumque praetextu, indultis quibuscumque & privilegiis non obstantibus; nisi ex legitima causa, ab Episcopo vel solo, vel cum earum Superiore Regulari; Campan. d. rubr. 12. cap. 15. num. 22. Barboza de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 102. num. 28. non generali vicario; Barboza d. alleg. 102. d. num. in scriptis, Pius V. d. consil. Decori. Suar. d. relig. tom. 4. lib. 1. cap. 9. num. 16. approbanda, egrediantur. Concil. Trident. d. sess. 25. de Regular. cap. 5. Pius V. consil. incip. Circa Pastoris 4. kalend. Junii 1566. & consil. incip. Decori. kalend. Februar. 1569. Quaranta in Sum. Bullar. verb. monasteria Monialium. Petr. de Bollo in Oeconomia Canonica classe 3. cap. 4. §. 14. Novar. in Sum. Bullarium. tit. de clausura.*

Egredi & clausuram violare censentur, secund. Sanchez in prace-23 na Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 7. Lopes de Texeda, in controvers. tom. 1. lib. 2. tract. 1. controv. 14. dub. 1. num. 9. Homobon. de Bonis. in controv. moral. tom. 1. part. 4. resp. 41. si utroque pede & toto corpore loco a Pontifice pro clausura determinato, sine causa recedant: nisi statim regrediantur; secund. Nald. in sum. verb. clausura. num. 1. & Merol. tom. 1. disp. 1. cap. 2. diff. 7. num. 507.

Dd dd

Causas

VINUS  
PERSONIS  
& Ecclesiarum

IV.  
32

24 *Cassius* egrediendi Bonifacius VIII. in d. c. periculoso 1. in primis exprimit unam, puta morbum talem, propter quem eo laborans sine periculo aut scando cum aliis commorari nequeat: duas Pius V. in constit. *Decoris* exprimit, *magnum incendium*, (puta, ex quo morbus imminet periculum) *lepra* aut *epidemia infirmitatem*, i. e. morbum quemvis contagiosum. *Navar. com. 4. de Regul. num. 48. num. 2. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 14. num. 3. Fr. Emman. qu. regular. tom. 1. qu. 49. art. 4. vers. ex his. & tom. 3. qu. 6. art. 3. Hieron. Roder. in compend. regul. quest. resolut. 98. num. 19. Sanchez. d. loc. cap. 15. ex num. 33. Fr. Ludov. Miranda in tract. de Sacris Monialib. qu. 3. art. 5.) extendunt ad quamvis aliam sive urgentiorem, sive similem Doctores. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 34. art. 3. & 5. *Novar. in tract. de elect. fori. tit. 2. in presat. sub num. 7. Oviedo in praxi regular. part. 1. tract. 11. cap. 1. qu. 6. num. 9. Joan. à Cruce de statu relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4. cons. 2. & alii relati per Barbosa. d. lib. & cap. num. 72. Contradictoribus aliis; ut *Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 18. num. 17. Boll. d. tract. class. 3. cap. 4. num. 10. Cened. ad Sextum. collect. 31. num. 2. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 14. Zerola d. part. 1. verb. Moniales. §. 16. vers. 2. & p. 2. eod. vers. in fin. Miranda d. tract. qu. 3. art. 4. Campan. d. tract. rubr. 12. cap. 1. num. 22.***

Talis est, Bellum; *Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 13. cap. 8. qu. 1. ad fin. vers. tertio queres. Novar. in d. commento. 4. num. 48. Sanchez. d. cap. 15. num. 44. Bonacina, de Legib. disp. 1. qu. 1. puncto 9. num. 1. Novar. d. verb. Clausura. num. 19. nova fundatio, correctio, reformatio; *Navar. in c. statumimus. num. 48. & conf. 57. num. 6. de regular. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 43. art. 5. Ricciul. de Jure Personar. extra a gregum Eccles. existent. lib. 5. cap. 5. num. 11. Bonacina d. puncto 9. num. 13. Novar. tit. de clausura super Bulla Pii V. num. 15. Miranda d. tract. qu. 3. art. 2. vers. quartus casus. & art. 3. investitura feudi petitis per Abbatisam vel Priorissam tantum fieri possit; & superioris sententia petatur; c. 1. §. verum de statu regular. in 6. Sanchez. d. lib. cap. 15. num. 51. Bonacina d. qu. 1. puncto 9. num. 9. Eleemosynarum necessariorum petitis; *Bonacina d. loc. num. 15. totius Monialium conventus auctoritate Prælati loci mutatio: Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 49. art. 1.***

COR  
De Person.  
Ecclesiast.

G

art. 5. *Sanch. d. lib. cap. 16. num. 53. Miranda d. tract. qu. 3. art. 2. vers. sectus. Bonacina d. punct. 9. num. 8. non parentum, confanguineorum, aliorumve infirmitas; Bonacina d. qu. 1. punct. 9. num. 5. etas: Campan. d. cap. 16. num. 22. prope fin. Bonacina d. loco. num. 4.*

Moniales, extra casus exceptos, monasteriis suis egredientes; 25  
Praelati licentiam quocunque modo dantes, eas non compassione  
niam illi ducti concomitantes, recipientes, ipso jure excommunicatione  
maiori latae sententiae summo Pontifici reservata, excommunicantur.  
Pius V. d. *constit. Decori. Navar. d. c. statuimus. 52. Zerola d. parte 1. verb. Moniales. §. 16. dub. 1. Azor. d. part. 1. lib. 12. cap. 8. §. 1. vers. ter-  
tio queres. Miranda d. qu. 3. art. 6. Sanch. d. cap. 15. num. 57. Bonacina  
d. qu. 1. puncto 8. num. 6. Barbof. d. lib. 1. & cap. num. 83. cum seqq.*

Præterea ingressus in monasteria Monialium omnibus; cujus-26  
cunque generis, conditionis, sexus, ætatis, puta septennio majoris,  
*Sanch. d. lib. 6. cap. 16. num. 7. Bonacina d. puncto. 5. num. 6. Enriq. in  
sum. lib. 13. cap. 42. §. 3. in Gloss. lit. S. Narbona in annalib. tractat. ju-  
ri. anno 8. qu. 1. non minoris, utpote discretionis carentis, Gambar. de  
casib. reservat. cap. 15. casu 6. num. 37. Ricc. d. prax. fori Eccles. decis.  
648. Miranda d. tract. qu. 2. art. 1. concl. 1. Suarez. d. tom. 4. lib. 1. cap.  
10. num. 2. fuerint, sine Episcopi vel Superioris licentia, in scriptis ob-  
tenta, sub excommunicationis pena ipse facto incurrenda, interdictus  
est. Concil. Trident. d. sess. cap. 5. Gregor. XIII. in const. incip. Dubius  
sub dat. 23. Decembr. 1581. Nisi necessitas postulet. vid. Lal. Zech.  
de casib. reserv. cas. 10. in princ. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 18. ex num. 24.  
Leon. in thes. fori Eccles. part. 2. num. 52. Beiarefponf. cas. conscient. par-  
te 1. casu 30. Sanch. d. cap. 16. Bonacina de clausura & penis eam violan-  
tib. impos. qu. 2. Joan. à Cruce d. tract. lib. 1. cap. 5. dub. 2.*

Episcopo & superioris nomine hic venit Ordinarius ejusq; vicari-27  
us generalis speciale mandatum habens in monasteriis sibi subiectis ordi-  
naria, in subiectis Pontifici, delegata auctoritate, facultatem hanc  
concedit solus: *Armendar. in addit. ad Recop. Legum Navar. lib. 2.  
tit. 18. lib. 2. de religion. num. 109. Bonacina d. qu. 4. punct. 2. num. 2.  
Barbof. d. alleg. 102. num. 38. in monasteriis exemptis & Regularibus  
subiectis, cum eorum Superiore: S. Congreg. 13. Novemb. 1610. & S.*

Dd dd 2

Congr.

VINUS  
PERSONIS  
Ecclesiarum

IV.

Z

*Congr. pr. epof. negot. Epifcop. & Regul. 26. Aprilis. 1594. & ead. in Ca-  
marinenf. 21. Febr. 1617. Nifi alia in loco vigeat confuetudo. S. Co-  
greg. 21. Maji 1630. Sperel. in decif. fori Ecclef. decif. 97. num. 31. Cam-  
pan. d. rubr. 12. cap. 16. num. 45. Marc. Anton. Genuenf. in pract. Ar-  
chiepifc. Neapol. cap. 33. ſub num. 1. in fine. Non Abbas; Navar. d.  
comment. 4. num. 59. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 46. art. 2. verſ. obſerva  
Sanch. d. lib. 6. cap. 16. num. 22. Bonacina d. qu. 4. punct. 2. num. 5. ſi  
in caſibus repentinis & Epifcopo aut Superiore abſentibus: Fr. Emman.  
d. qu. 46. art. 2. in fine. Campan. d. cap. 16. num. 25. aut generali dato  
à Superiore mandato. Fr. Emman. d. loco. Sanch. d. cap. num. 23. Bo-  
nac. d. punct. num. 5. verſ. hoc tamen.*

28 *Dare licentiam debet Epifcopus & Superior ſpecielem, Sanch. d.  
loc. num. 38. Miranda d. tract. qu. 2. art. 2. ad fin. Bonacina. d. qu. 4. pun-  
cto 3. num. 1. primo actu finiendam; Riccius d. tract. reſol. 545. in tit.  
2. Sbroz. d. tract. de offic. Vicar. lib. 2. qu. 211. Salas de Legib. diſp. 17.  
lect. 13. num. 62. Ugolin. de offic. & poteſt. Epifc. part. 1. cap. 21. §. 3.  
exprefſe, Conſeēt. in privileg. Mendicant. tit. 20. cap. 6. Sanch. d. cap. 16.  
num. 29. cum ſeqq. Bonacina. d. loc. punct. 2. num. 2. in ſcriptis, Sanch.  
d. loc. num. 31. Bonacina d. loc. punct. 3. num. 3. Nifi repentina ſup-  
veniat neceſſitas. Navar. in d. commento 4. de Regular. num. 60. verſ.  
4. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 46. art. 2. ad fin. Azor. d. part. 1. lib. 13. cap.  
8. Sanch. d. cap. 16. num. 43. Bonac. punct. 3. num. 2. verſ. dixi.*

29 *Citra licentiam ingredientes, excommunicationis panam incur-  
runt: Concil. Trident. d. cap. 5. Bonac. d. qu. 4. punct. 5. num. 1. Pon-  
tifici reſervatam, ſi intrent ex preſumptione & pretextu licentiae con-  
ceſſae; ſi ſine eo cenſuram tantum in d. cap. 5. comminatam: quae abo-  
leri poteſt ab Epifcopo; cum non ſit reſervata, arg. c. nuper. de ſentent.  
excommunic. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 48. art. 2. Zerola. d. part. 1. verſ.  
Moniales. §. 8. Bonacina. d. punct. 5. num. 4. Barboſ. d. alleg. 102. num.  
34. Campan. d. rubr. 12. cap. 16. num. 24. Miranda. d. tract. qu. art. 12.  
concluſ. 1. & 2.*

30 *Licentia ingrediendi ut dari poſſit extraneis, ſubefſe debet Mona-  
ſterii, ſeu Monialium neceſſitas manifeſta, (non phyſicè, ſed moraliter  
accepta; Fr. Emm. d. qu. 46. art. 4.) cui aliter occurrere non poſſit*

COR  
De P  
er Benet

G

commodè. Bonac. d. qu. 4. punct. 4. num. 1. Barbofa d. lib. & cap. num. 118.

Talem habet Confessarius, si confitenda Monialis sit furda, aut in lecto decumbat: Fr. Emman. d. tom. qu. 47. art. 4. Miranda parte 2. art. 7. Sanch. d. cap. 16. num. 45. Medicus Chirurgis, modò adfint Socii duo: Campan. d. cap. 16. num. 27. vers. & cum. in secunda Miranda d. qu. 2. art. 7. conclus. un. vers. quintus casus. S. Congregat. in Ferrarion. de Ao. 1593. Bajeli: onus aliquod deferendum in monasterium habentes: Miranda d. qu. art. 17. ad fin. Sanch. d. cap. 16. num. 16. Operarii, ut fabricatores, fabri lignarii, molitores; putearii, putatores & alii artifices ad res necessarias: Miranda d. qu. 2. art. 7. concl. un. vers. primus casus est. Campan. d. cap. 16. num. 26. Barbofa d. alleg. 102. num. 56. Magistratus, si lateat in illis criminis reus, Fr. Emman. d. loc. vers. nec his obstat. Sanch. d. cap. 16. num. 7. 8. Qui omnes, ingressione causa expedita, statim egredi debent. Bonac. d. punct. num. 22. Bald. in sum. verb. Monialis. num. 15.

Superiori ingressus licitus cum comitatu decenti; sec. const. Gre. 32. qu. XIII. incipit Gratia. causa justa cum exigente; d. const. Gregorius XIII. incip. Dulii. Navar. cons. 9. de statu Monach. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 45. art. 4. in princ. Azor. d. lib. 13. de Sacris Monial. qu. 2. art. 14. concl. 1. & 2. Qualis non est dandi habitus novitatus, recipiendi ad professionem, benedicendi vel consecrandi Abbatissas, velum solemniter concedendi, electioni Abbatissæ vel Priorissæ interveniendi, moniales examinandi. S. Congreg. die 16. Octobr. 1600. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 46. art. 5. ad fin. Miranda d. tract. qu. 2. art. 15. concl. 3. Sanch. d. lib. 6. cap. 16. num. 50. Barbofa d. alleg. 102. num. 46.

Monasteria Monialium frequentantes sine causa, si Laici, excommunicantur: si Clerici suspenduntur c. monasteria. 8. de vita & honest. Cleric. ibi. Si quisquam Clericus sine manifesta & notabili causa frequentare presumpserit per Episcopum arceatur, id est, moneatur, seu monacho corrigatur, & si non destiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunitus, id est, suspendatur ab officio Ecclesiastico. Gratian. discept. for. cap. 393. num. 16. cum seqq. Bonacina. d. tract. de clausura qu. 3. puncto 4. si Religiosi, officiorum vocis activæ & passivæ privatione

D d d 3 ipso

VINUS  
PERSONIS  
Ecclesiasticis  
IV.  
Z

ipso facto incurrenda, S. Congreg. ut referunt, Sorb. in compend. Mo-  
dicant. verb. ingredi monasteria. de Quaranta. d. verb. monasteria mona-  
lium. pag. 451. Novar. d. tit. de clausura & accessu Regular. ad mona-  
Laur. de Peirinis. de privileg. Regular. tom. 3. ad const. 6. Pii V. num. 6.  
& pena peccati mortalis, S. Congreg. die 1. Julii 1606. refer. Corvini  
tr. de casib. reservat. part. 2. casu 3. num. 42. Bonac. d. tr. qu. 2. puni-  
num. 3. & 4. non nisi à Summo Pontifice aut S. Congregatione abbas  
vendi, S. Congr. die 7. Novembr. 1605. Barbof. d. lib. & cap. num. 159  
puniantur.

## TITULUS XIV.

## De Abbatibus.

## SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. <i>Officiales Religiosorum qui.</i>               | 8. <i>In Canonibus dicuntur Prelati.</i>                       |
| 2. <i>De voce Abba &amp; Unde descendat.</i>         | 9. <i>Quidam sunt inferiores.</i>                              |
| 3. <i>Quando cepit apud Christianos.</i>             | 10. <i>Quidam Commendatiti.</i>                                |
| 4. <i>Quomodo dicatur Gracis.</i>                    | 11. <i>Abbates Regulares quotuplices.</i>                      |
| 5. <i>Abbatum quidam Seculares quidam Regulares.</i> | 12. <i>Abbatum nomina quot Ordinum commendatura.</i>           |
| 6. <i>Seculares qui. Quorum.</i>                     | 13. <i>Quae ad Eorum Electionem specialia. Quae Eligentes.</i> |
| 7. <i>Quidam habent jurisdictionem Episcopalem.</i>  |  |

COR  
De Pe  
er Benet

G